

cietatis rite inea- tur, quaedam re- quiruntur condi- tiones :	ut servet aequalitatem inter pecuniae commodum, et laboris aestimationem, ut damnum omnibus sociis imputetur.
Societas <i>leonina</i> appellatur	Quae ita est, ut unus habeat omne lucrum, et alius damnum sustineat.
In societatis contractu illud est speciale	Quod societas dissolvitur morte alterius ex sociis, et quod possit dissolvi mutuo dissensu.
Mandatum definitur	<i>Contractus consensualis quo negotium honestum, ab alio ex fiducia commissum, gratis administrandum, gerendumque suscipitur.</i>
Mandatum fundatur	In notissima regula iuris: <i>Qui per alium facit, per se ipsum facere videtur.</i>
Mandatum <i>expressum</i> dicitur	Quod fit verbis vel scriptis.
Mandatum <i>tacitum</i> dicitur	Quod resultat ex facto.
Mandatum <i>praesumptum</i> est	Quod habet locum inter personas coniunctas.
Mandatum <i>generale</i> est	Quod ad omnia negotia extenditur.
Mandatum <i>speciale</i> est	Quod aliquod negotium determinatum tantum comprehendit.
Mandatum Apostolicum de quo frequenter occurrit mentio in iure canonico	Est quod iussio et imperium ac interdum rescripti vel constitutionis nomine designatur.
Mandatarius tenetur	Formam mandati diligenter observare.
In mandato explicando, ubi verba non sint satis clara	Interpretatio sumenda est ex mente mandantis.
Mandans tenetur	Solvere expensas a mandatario in mandati executione factas.
Plura sunt negotia quae mandatum speciale exigunt ut sunt:	Ad contrahendum Matrimonium pro alio, ad appellandum contra electionem et opponendum crimina vel defectus contra personam ad Praelaturam electam, ad transigendum vel paciscendum, ad compromittendum, ad obtinendum a Papa rescriptum ad lites, quando de coniunctis personis non agitur, ad obtinendum principaliter restitutionem in integrum.

Revocatio effectum mandati impedit tantum tempestive, et data mandatario sufficienti indemnitate, quia posset adesse tum damnum expensarum, tum famae periculum; et si negotium iam inchoatum fuisset, adhuc mandatum revocari posset.

Nam ut mandans potest mandatum revocare, sic mandatarius potest illi renuntiare, sed hoc tempestive et absque mandantis praesudicio fieri debet.

Quidem per mortem mandatarii absolute mandatum cessat quia hoc officium non transit ad haereditatem; per mortem vero mandantis cessat mandatum si res sit integra, et non cessat si gestio negotii inchoata iam fuerit.

Per revocationem mandantis cessat mandatum, modo res integra sit.

Mandatum per renunciationem mandatarii cessat:

Mandatum cessat tam per mortem mandatarii quam mandantis;

De contractibus realibus.

Quia a rei traditione substantiam capiunt.

Contractus reales appellantur

Mutuum, commodatum, depositum et pignus.

Contractus reales quatuor sunt, nimirum:

Contractus realis, quo res fungibilis ita alicui datur, ut eius fiat, et postea tantundem in eadem specie restituatur.

Mutuum ita dictum quod ex meo tuum fiat, definitur

Quia importat beneficium a mutuatore factum mutuatorio de proprietate et usu rei ad tempus, cum sola obligatione rem suo tempore restituendi.

Mutuum est contractus de sui natura beneficium

Quia si quid praeter sortem restituit et mutuator acceptat, usura committetur.

Mutuarius non tenetur sive parvum sive magnum praeter sortem restituere mutuatori:

Quod mutuator aliquod lucrum, tamquam sibi ratione solius mutui debitum percipiat.

Usura in eo praecise consistit

Concilium generale Lateranense III. sub Alexandro III. definitur usuras condemnari *utriusque testamenti pagina*, et Clemens V, in Concilio generali Viennensi declaravit, usuras esse in *offensam Dei et proximi, ac contra iura divina pariter et humana*. Hoc ipsum ratio confirmat, nam si in mutuo recipitur lu-

Usura in genere omni iure prohibetur.

crum praeter sortem, tollitur aequalitas inter datum et acceptum, quae necessaria omnino est ad iustitiam contractuum.

Usura *lucratoria*

Consistit in lucro quod ratione solius mutui, et absque concursu alicuius extrinseci tituli percipitur.

Usura *lucratoria* est contra ius naturale, divinum et ecclesiasticum; manifestam iniustitiam continet, et ad restitutionem obligat etiam haeredes.

Quia compertum est, neminem posse ex re aliena lucrum facere, et res mutuata fit aliena, cuius solus mutuatarius debet omne commodum et damnum sentire; pecunia in se est sterilis, sola industria ex ea fructus percipitur et mutuatarius industriam ponit, ideo solus mutuatarius debet omnes colligere fructus.

Usura *compensatoria* appellata est

Quae in lucro consistit, quod ex mutuo percipitur, non ratione ipsius mutui, sed ratione alterius iusti tituli in mutuo concurrentis, ob quem aliquid ultra sortem licite exigi potest.

Usura *compensatoria* nuncupata est licita

Quia quod exigitur ad interesse et compensationem refertur.

Tituli *usurae compensatoriae* sunt:

Damnum emergens, lucrum cessans et periculum sortis.

Damnum emergens est

Cum mutuator ob mutuum damnum patitur, quo casu non lucrifacit, sed se indemnem servat.

Lucrum cessans est

Cum mutuator ob mutuum amittit lucrum quod percipiebat, vel percipere volebat, ex pecunia ad licitam negotiationem, vel ad emenda praedia destinata, quia beneficium alteri praestitum, nemini debet esse damnosum.

Periculum sortis est

Cum adest probabile periculum sortem amittendi vel non sine magnis molestiis recuperandi, ob alterius gratiam exponere huic periculo res suas est certe aliquid pretio aestimabile.

Pactum poenale est

Aliquid praeter sortem restituendi in casu morae ad mutuum solvendum ex culpa debitoris.

Pactum poenale, modo poena sit moderata, absque usurae crimine peti et solvi potest:

Quia hoc lucrum, sive auctarium, non petitur in vim mutui, sed in vim morae culpabilis in mutuo suo tempore solvendo, et non oritur ex causa iniuste ditescendi, sed ex causa honesta reddendi mutuatarium vigilem et paratum ad mutuum suo tempore reddendum, ne mutuator propter moram cogatur damnum emergens, vel lucrum cessans sustinere.

Quae in mutuo usuram statuit legalem percipiendi quinque pro centum ad annum in materia civili, et sex in materia mercatoria.

Lex civilis est

Donec Sancta Sedes definitivam decisionem emiserit et dummodo poenitentes (aut usuras exigentes vel solventes) *parati sint stare mandatis S. Sedis* (S. C. 1830).

Usura ex solo titulo legis civilis est toleranda

Gratitudinis aut benevolentiae debitum, carentia pecuniae, obligatio non repetendi sortem intra certum tempus, et consuetudo.

Tituli spurii, qui nullo modo usuram licitam reddere possunt, sunt:

Contigit in emptione et venditione, cum aliquid venditur pluris quam valet, ob dilatam pretii solutionem.

Usura palliata

Cum aliquid carius venditur ut statim a venditore per se, vel per alium ematur; merito contractus mohatra damnatus fuit ab Innocentio XI.

Contractus *Mohatra* adest

In pignore, cum debitor rem pignori dat, ut creditor pro usuris eiusdem rei fructus percipiat.

Contractus *antichresis* contigit

Ut pignus creditori cedat, si debitor intra statutum tempus debitum non solverit.

Contractus *legis commissoriae* adest

Ut in societate, in censu, in cambio et in montibus pietatis.

Pecunia absque timore usurae, variis in contractibus ad honestum lucrum collocari potest:

Contractus realis, quo res non fungibilis ad certum tempus et usum gratis ita traditur, ut finito usu, eadem in specie restituatur.

Commodatum, quod sic appellatur, quasi sit in utentis commodo datum, definitur

Re commodata uti ad eum modum et usum, cuius gratia res fuerat commodata; statuto tempore rem in specie commodanti restituere, et omnia reparare damna quae res dolo vel culpa sua passa est.

Cum commodatum fuerit principaliter institutum in utilitatem commodatarii, sequitur ipsum praecipue obligari; hinc debet

Fallacia, sive machinatio, ad alium decipiendum intenta, quae committitur mente tacendo, verbis mentiando, et factis fraudulenter agendo.

Dolus malus est

Omissio diligentiae debitae.

Culpa est

Coniuncta est cum peccato.

Culpa theologica

A peccato, propter oblivionem, invincibilem inadvertentiam, iudicii praecipitationem, excusari potest.

Culpa iuridica

- Culpa lata dicitur Si omittatur illa diligentia quam etiam incuriosi homines solent adhibere.
- Culpa levis dicitur Si omittatur illa diligentia quam viri prudentes solent adhibere.
- Culpa levissima dicitur Si omittatur illa diligentia quam attentissimi homines solent adhibere.
- Casus fortuitus est Eventus rei inopinatae, qui neque a diligentissimo praevideri, seu caveri potest.
- Regulae quae in contractibus observandae sunt circa culpam theologicam, iuridicam, levem, levissimam et casum fortuitum: 1^a. Dolus malus praestandus in omni contractu; nec valet conventio, ne dolus praestetur, quae contra bonos mores est. 2^a. Culpa levissima praestanda est ab eo qui ex contractu omne commodum percipit. 3^a. Culpa levis praestanda est ab utroque contrahente quando contractus fuit in utriusque favorem initus. 4^a. Culpa lata ab eo est praestanda, qui ex contractu non commodum, sed incommodum tantum habet. 5^a. Et casus fortuitus rei domino imputatur.
- Depositum definitur *Contractus realis, quo aliquid alicui gratis custodiendum traditur, ut idem in specie ad deponentis arbitrium restituatur.*
- Depositum voluntarium dicitur Si dominus, nulla urgente necessitate, rem suam penes alterum libere deponat.
- Depositum necessarium sive miserabile appellatur Si dominus rem suam deponat, coactus urgente necessitate.
- In vim depositi contractus, depositarius tenetur Rem custodire ea diligentia quam adhibet in rebus suis; rem deponenti restituere quandocumque eam repetierit; denique praestare dolum, et culpam latam non vero levem; casum fortuitum, depositarius non cogitur praestare.
- Pignus definitur *Contractus realis, quo res a debitore creditori traditur in securitatem crediti ea lege, ut, soluto debito, res in specie restituatur.*
- Hypotheca est *Contractus in quo res in securitatem crediti nuda conventionem obligatur, quin actualiter tradatur.*
- Speciale pignus vel hypotheca est Cum una res in individuo, aut plures in determinata specie vel genere, oppignorantur.
- Generale pignus vel hypotheca est Cum omnia bona mobilia et immobilia, praesentia et futura pignori, sive hypothecae subiiciuntur.

- Quae per se intelligitur. Hypotheca *expres-*
sa est
- Quae absque expressa conventionem ab ipsa lege inducitur. Hypotheca *tacita*
vocatur
- Scilicet, in calice, patena, vestimentis sacerdotilibus pro Missae Sacrificio, in libris Missalis, Breviarii, Ritualis. Ex Iure Canonico specialiter cautum est pignus non posse constitui in re sacra
- Scilicet, ad redimendos captivos vel iniuste carceratos, et ad extraordinariae egestati succurrendum. In casu urgentis necessitatis, pignus constitui potest in re sacra
- Si Praelatus vel Beneficiatus, hoc fecerit, nulliter egit, et Ecclesia optionem habet repetendi pignus aut conveniendi haeredes. In Iure Canonico cautum est quod Praelatus vel Beneficiatus, pro necessitate sua non potest bona Ecclesiae, vel Beneficii, pignori aut hypothecae subicere.
- Quia contractus est in utriusque commodum, unus enim habet beneficium pecuniae et alter crediti securitatem. Contrahentes in pignore sibi mutuo praestant culpam levem:
- In re, quam potest persequi contra quemcumque possessorem et sibi habere usque ad integram crediti solutionem; in concursu creditorum gaudet iure praelationis prae chirographariis creditoribus, et inter creditores hypothecarios qui prior accepit hypothecam iure prioritatis et privilegii gaudet. Qui pignus aut hypothecam accipit, consequitur ius
- Rem suam liberam repetit cum fructibus, accessionibus, commodis, et cum compensatione damni, dolo, culpa lata et levi a creditore rei suae illati. Qui pignus et hypothecam dedit, soluto debito
- Cautio *simplex, iuratoria et fideiussoria.* Creditori a debitore in crediti securitatem datur
- Ne propter temporalia negotia, quae lites solent suscitare, a divinis exercitiis avocentur, licet factae a clericis fideiussiones, praesertim ex causa pietatis, validae a Iure Canonico habeantur, ut declaratum fuit a Lucio III. Clerici a fideiussionibus dandis generaliter prohibentur,
- Nullam habet actionem contra ipsam debitorem, ut a contracta obligatione liberetur. Qui pro alio debitore cautionem fideiussoriam dedit, pendente tempore utili ad solvendum

Fideiussor tria habet beneficia sibi a lege civili concessa, nempe:

Beneficium *divisionis, ordinis, sive excussionis* et *cedendarum rationum*.

De donatione.

Donatio est appellata	A dono, est quasi <i>doni datio</i> .
Donatio significat	Liberalitatem in alium, nullo iure cogente collatam.
Donatio <i>inter vivos</i> efficax est	A die quo fuit acceptata, ex quo regulariter non potest amplius revocari.
Donatio definitur potest	<i>Collatio rei licitae alteri ex liberalitate irrevocabiler facta</i> .
Donatio <i>realis</i>	Quando res traditur dat ius in re, et rei dominium ex donatore in donatarium transfert.
Donatio <i>conventionalis</i>	In qua non adest rei traditio, sed tantum partium conventio, scilicet promissio unius et acceptatio alterius; dat ius solum ad rem, seu actionem personalem donatario contra donatorem ad ipsam rem, vel eius aestimationem obtinendam.
Donatio <i>proprie dicta</i>	Quando ex mera liberalitate et munificentia pro- cedit.
Donatio <i>remuneratoria</i>	Quando fit pro meritis, vel beneficiis acceptis.
Donatio <i>reciproca</i>	Quando partes aliquid vicissim sibi donant.
Cum acceptatio ad substantiam donationis requiratur, sequitur, posse libere mutari et revocari.	Quia dum donatio manet in hoc statu, nullam obligationem parit.
Donationes a fidelibus factae Ecclesiae et piae causae, etsi ab eorum administratoribus acceptatae non sint, non possunt revocari	Quia quod Ecclesiae vel piae causae donatur, intelligitur Deo donatum, qui ubique praesens est, et quodcunque opus bonum ac fidelium votum statim acceptat.
Ex regula generali	Donare non possunt rerum alienarum administratores.
Praelati Ecclesiarum, et Beneficiorum possessores	Quia ex sententia Alexandri III est definitum. Praelatos et possessores Beneficiorum, non posse ma-

gnas et immoderatas, donationes facere, et etsi id attentaverint, a successoribus revocari eas posse; sed posse facere donationes parvas et moderatas, iuxta loci consuetudinem, et prudentis Praelati iudicium, quia donationes huiusmodi ad avaritiae suspicionem vitandam, et ad promerendam hominum benevolentiam, Ecclesiae tantopere utilem, necessariae prope modum sunt; hoc intelligitur de donationibus proprie dictis et de donationibus ad profanas causas.

Quia quae donant, iam sunt ex obligatione antidorali debita; in causis vero piis, et favore pauperum nedum possunt Prebendae fructus donare, sed ad hoc in eo quod superest honestae sustentationi omnino tenentur.

Quia religiosi paupertatis voto adstricti nihil proprium habent, et quicquid acquirunt Monasterio acquirunt.

Praelatis Regularibus permittitur, si donatio est rerum comestibilium et poculentorum ad devotionem pertinentium.

Quia Monasterium debet naturale a gratitudine generatum debitum adimplere et aliunde si Religioso est prohibitum donare, non vero remunerare, saltem usque ad debiti naturalis et obligationis antidoralis aequalitatem.

Quia Innocentius III aperte declaravit, cuilibet licere *se et suo monasterio, vel Ecclesiae offerre* (Cap. 3. de success. ab intest.).

Ingratitudo donarii contra donatorem, praeiudicium in legitima portione filiis illatum, supervenientia liberorum, cum filius nascitur illi donatori qui prius filios non habebat.

sores, donationes possunt facere:

In donationibus ad pias causas et favorem pauperum, et in remuneratoriis donationibus, Praelati et Beneficiorum possessores possunt excedere parvitatem et notabiles donationes facere.

Quaelibet donatio bonorum et reddituum monasterii, directa, sive indirecta proprie dicta, Praelatis Regularibus interdicitur:

Modica donatio cum licentia Superioris, si a subditis fiat,

Praelatis Regularibus donatio remuneratoria permittitur, modo fiat propter merita et beneficia facta ipsi Monasterio vel Communitati:

Ex Iure Canonico nedum praesentia, sed futura, nedum in specie, sed et omnia bona alicuius personae in genere, Ecclesiae aut causae piae possunt donari:

Causae a lege probatae, ob quas facta donatio potest revocari, sunt, nempe:

De transactione.

Transactio definiri potest

Pactio aut conventio de re dubia, aut lite incerta, aliquo dato et aliquo retento.

Transactio stipulari non potest a Praelatis et beneficiatis rerum ecclesiasticarum administratoribus, nisi illae observentur solemnitates, quae a Iure Canonico pro rerum ecclesiasticarum alienatione constitutae sunt.

Quia transactio speciem alienationis continet, transigens iuris sive rei sibi competentis partem alteri dimittit. Si absque iuris solemnitatibus transactionem ineat Praelatus aut Beneficiatus, potest quidem ipse in vita sua ad transactionem observandam obligari, non vero eius successor.

Per transactionem aliquod detrimentum Ecclesiae inferri non potest

Quia transactio stipulata a Praelato vel Beneficiato, tantum personalem actionem producit contra stipulatorem, et nullam dat actionem contra Ecclesiam vel successorem, iuxta enim regulam Iuris, pacta inter alios acta, aliis obesse non possunt.

Transactio reiicitur in rebus spiritualibus.

Alexander III, in rebus sacris transactionem reprobavit, ait enim: *super re sacra vel religiosa, transigi minime potest: etenim res sacrae ut possideantur, aliquo dato vel retento, vel promisso, speciem habere credimus simoniae.* Sic Celestinus III et Honorius III.

Transactio reiicitur in quibusdam causis Beneficialibus

Quia per transactionem Beneficium obtineri non potest, sed solum per canonicam institutionem.

In Beneficiis ecclesiasticis transactio admittitur

Ut gratis et amicabilem inter litigantes se componant.

Effectus transactionis duo praecipui sunt, nempe:

Transactio quaestioni sive liti finem imponit et parit exceptionem rei iudicatae.

De acquisitione bonorum per actus ultimae voluntatis.

Per actus ultimae voluntatis, scilicet per *testamentum et legatum.*

Ultima voluntas legitime declarata de eo quod quis post mortem suam de rebus suis fieri velit.

Ecclesia praesertim duobus modis acquirit:

Testamentum sicut dicitur, quasi testatio mentis definitur:

Illud in quo omnes iuris solemnitates fuerunt observatae.

Testamentum *solemne* dicitur

Illud in quo ex privilegio iuris solemnitates fuerunt omissae.

Testamentum *privilegiatum* est

In activa et passiva testamenti factione, id est, in capacitate testandi et recipiendi ex testamento.

Solemnitates *internae* testamenti consistunt

In modo testandi, scilicet, in scriptura, subscriptione, subsignatione, in praesentia, numero et habilitate testium, et officio notarii, vel publici officialis.

Solemnitates *externae* testamenti consistunt

In omni testamento ad eius validitatem, etiam in omni testamento privilegiato.

Solemnitates *internae* necessariae sunt

Necessariae sunt omnes in testamento solemniter, sed in testamento privilegiato sufficiunt quaedam a lege speciali determinata.

Solemnitates *externae*

Quod validum est etiam de iure civili.

Testamentum *perfectum*

Quod iuris civilis assistentiam non habet.

Testamentum *imperfectum*

Illud est, in quo causa pia haeres instituta est sive testator sit clericus sive laicus.

Testamentum *ad causam piam*

Illud est, in quo causa profana haeres instituta est.

Testamentum *ad causam profanam*

Si haereditas relinquatur intuitu Dei ad cultum divinum, vel ad alia opera misericordiae ob animae bonum.

Testamentum dicitur factum in causam piam,

Alexander III, super haereditatibus Ecclesiae relictis, mandat iudicium fieri, non secundum leges saeculi sed secundum legem divinam et Canonum

Testamentum ad causam piam ex Iure Canonico est privilegiatum.